quod tanta, ac tali prouidentia mortale genus honeſtetur. ut aſſiduo Dei congreſſu perfruatur. Ex quo & à mortalitate, & à vitæ curriculo, exiguo tempore circumſcripto, recedimus; quippe qui tametſi natura mortales, ob DEI tamen conſuetudinem familiarem, ad vitam progredimur immortalem. Etenim qui cum DEO familiariter verſatur, morte illum omniqúe interitu potiorem eſſe neceſſe eſt. Atque, ut eſt omninò neceſſe, qui ſolis radiis potiatur, à tenebris procul abeſſe; ita omninò, Dei conſuetudine fruentem, oportet non amplius eſſe mortalem: nos enim ad immortalitatem ipſa honoris magnitudo traducit. Nam, ſi, qui

γέθει τῆς τιμῆς ὅτι τοσαύτης. καὶ τοιαύτης προνοίας τὸ θνητὸν ἠξίωθη γένος, ὡς τῆς θείας ἀπολαύειν ὁμιλίας συνεχῶς, δι᾽ ἧς καὶ τὸ θνητοὶ εἶναι, καὶ πρόσκαιροι διαφεύγομεν, φύσει μὲν ὄντες θνητοί, τῇ δὲ πρὸς θεὸν ὁμιλίᾳ, πρὸς ἀθάνατον ζωὴν μεταβαίνοντες. ἀνάγκη γὰρ τὸν ὁμιλοῦντα θεῷ, καὶ κρείττονα γενέσθαι θανάτου, καὶ πάσης διαφθορᾶς. καὶ ὥσπερ ἀνάγκη πᾶσα, τῆς ἡλιακῆς ἀκτῖνος ἀπολαύοντα διαφεύγειν τὸ σκότος, οὕτως ἀνάγκη πᾶσα τὸν θείας ὁμιλίας ἀπολαύοντα, μηκέτι εἶναι θνητόν. αὐτὸ γὰρ, τὸ τῆς τιμῆς μέγεθος, πρὸς ἀθανασίαν ἡμᾶς μεθίστησιν. εἰ γὰρ τοὺς βασιλεῖ διαλεγομένους, καὶ τῆς παρ᾽ ἐκείνου τιμῆς ἀπολαύοντας, ἀμήχανον εἶναι πένη-